



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Matrimonii Vagorvm. Iuxta Concil. Trident. sess. xxiv. Cap. vij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

bus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remedijs oportunis ad prædicta cogat quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota.

Et ex prædictis videt ego multoties praticari in Ciuitate Neapolis præsertim tempore bonæ memoriæ Eminentiſſimi Cardinalis Carrata, pro subsidio nouæ parochiæ in Burgo Virginis, & parochia ipsa redacta ad perfectionem in loco, vbi vulgo dicitur *la Massaria di Fonseca*.

RESOLVT. CCCLI.

- 1 Onus reale spectat ad Dominum, & nō ad Conductorem.
- 2 Adhuc soluitur per Dominum.
- 3 Inuestitura faciendæ potestas spectat ad Dominum.
- 4 Ius præsentandi est in fructu, & an spectet Conductori.

Onus contribuendi fabricæ Ecclesiæ parochialis an spectet ad Conductores pariter domorum, an verò ad Dominos domus.

1 **F**uit pariter in Ciuitate Neapolitana dubitatum si onus contribuendi fabricæ Parochialis spectat ad Dominos ædium, an verò ad Conductores domorum, & concluditur quod cum huiusmodi onus sit reale nō pertinet ad conductorem, sed ad Dominum, secundum Alexand. in consilio 4. colum. 2. volum. 5. Capyc. in inuestitura feud. folio 29. Liparulus in additione ad Iserniam in §. similiter de capitulis. Corradi quemadmodum dicimus de Adhuc, cuius solutio non pertinet ad conductorem, sed ad Dominum feudi, Anna cons. 3. n. 18. volum. 1.

2 Et facit quia in simili videmus, quod inuestitura faciendæ potestas pertinet ad Dominum, non autem ad vsumfructuarium, Guid. Papa decif. 477. Bellonus cons. fil. 6. num. 16. resp. 688. nu. 3. Menoch. consil. 66. nu. 39. libr. 1. qui contrarium tenet in renouatione Franc. Marc. decif. 605. part. 1. vbi tam quoad inuestituram, quam pro ad ipsius renouationem tenet cum prædictis, licet dicat quod Dominus tenetur dare Laudemium vsumfructuario, & tamen vsumfructuarius plus iuris habet, quam Conductor, vt latissime per multa iura, probat Alex. d. cons. 4. in fine vers. ex prædictis vol. 5. & faciunt ea, quæ tradunt Doct. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. & ratio est, quia ius inuestiendi est ius Dominicale, quod non transfertur in vsumfructuarium, vel conductorem.

3 Et tandem comprobatur à simili, quia licet ius præsentandi sit in fructu, quod est fortius, non tamen transfertur in conductorem ad modicum tempus, Castrenf. cons. 57. venerabilis vir. vol. 1. Abb. post glof. & alios in c. ex literis de Iure patron. & ibidem Berous, Picus in l. Titia testamento, §. Titia cū nuberet, nu. 129. & 130. ff. de leg. 2. Lambertini in tract. de Iur. patron. li. 1. 8. 9. princ. 2. part. in 2. artic. fol. 140. Roch. Curt. de Iure patron. ver. ipse vel is, à quo n. 58. Felyni in c. cum Berzoldus colum. penult. de re iudic. Boer. decif. 224. in fine de Anna fing. 594. & Carroc. in tract. de locato nouissima editione tit. de Iure patron. fol. 242. num. 2. de quo nouissime videndus est Nouarius forens. qu. 146. tom. 1. vbi latè disputat articulum.

RESOLVT. CCCLII.

- 1 Materia refectionis Ecclesiæ dicitur pia.
- 2 Legatum pro monumenti constructione pium appellatur, sic etiam si fuerit factum pro refectione pontis n. 3.
- 4 Legatum incertum valet fauore piæ causæ, & refectionis pontium.

Refectionis Ecclesiarum, & Cappellarum materia an sit pia.

1 **P**robat Nouarius in suo nouo, & vtili trac. de elect. & variat. fori q. 5. l. sect. 2. sub n. 22. in vltima editione Neapolitana, quod materia refectionis Ecclesiarum, & Cappellarum dicitur pia, & ideo firmat legatum pro refectionis Ecclesijs pium appellari, Barbat. cons. 26. lib. 3. Surd. consil. 62. n. 5. & seq.

2 Quæ opinio fulcitur, nam in simili legatum pro constructione monumenti dicitur pium, vt per Bald. & Angel. in l. hæreditas §. si defuncto ff. de petit. hered. Menoch. de præsumpt. c. 115. num. 25. lib. 4. Intrigliol. singul. 97. num. 150.

3 Et legatum pro refectione pontis, viæ, fontis, & similibus adhuc inter legata pia reponitur, vt voluit Glof. in l. 1. §. ad municipal. ff. ad l. Falcid. Dec. consil. 72. Florian. in l. cū de iure verso colum. 2. ff. de vsuris, Bald. in Auth. similiter C. ad l. Falcid. Firmian. in trac. de Episcopo part. 4. lib. 4. quæst. 31. versic. congruenter dicendum, latius Tiraquell. in tract. de pia causa in præfatio. in versic. item legatum factum ad constructionem, vbi quod sicuti alias valet legatum incertum fauore piæ causæ, ita & pro refectione pontium l. quidam in testamento, & ibi Glof. & alij, ff. deleg. 2. Bart. in l. si is cui annuum, ff. de annuis legatis, & quod hæc res adeo est fauorabilis, vt priuilegium immunitatis à publicis muneribus non se extendat ad hoc, nisi in specie fuerit circa illud priuilegium cōcellum l. 1. vbi Joan. de Plat. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. & l. absit vbi idem Plat. C. de priuileg. Domin.

PRAXIS MATRIMONII VAGORVM.

Iuxta Concil. Trident. sess. xxiv. Cap. vij.

RESOLVT. CCCLIII.

- 1 Dispositio Sacri Concilij Tridentini circa matrimonia vagorum refertur.

Quid disponat Concilium Tridentinum circa matrimonia Vagorum.

1 **S**ciendum est, quod Sacrum Concilium Tridentinū loquens de matrimonijs vagorum, vtitur his verbis in sess. 24. c. 7. videlicet. *Multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes; & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam vt plerumque plures illa vinente diuersis in locis ducunt; cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat paternè monet ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium faciliè recipiāt, Magistratus etiam seculares hortatur, vt eos seuerè coerceant; Parochis autem præcipit ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.*

RESOLVT. CCCLIV.

- 1 Vagus dicitur, qui non habet domicilium.
- 2 Moram non trahens in vno loco, dicitur vagus.
- 3 Vagabundo asserenti habere domicilium incumbit onus probandi.

Vagus quānam dicatur ad effectum contrahendi Matrimonium virtute Concilij.

1 **E**st approbatum à Doctores communiter, vagū illum debere appellari, & in rei veritate esse, qui nō habet domicilium certum, vel habitationem; quoticq;

tidieq; per varias Ciuitates vagus operiat, glos. in l. eius, qui manumisit, §. si ff. ad munic. Bar. in l. 4. §. prætor ait num. 24. ff. de damn. infect. Iodoc. in præct. crimin. quæst. 33. nu. 15. Bofs. in tit. de foro compet. Imol. in c. fin. n. 15. de eo qui mitti. in poss. cau. rei seruanc. c. 11. num. 7. & Iul. Clar. in præct. crimin. quæst. 39. versic. sed hic quæro.

Vnde non immerito scribit Menoc. in decimo remedio recuperandæ possessionis n. 50. eum dici vagum, qui non trahit moram in vno loco, sed modo huc modo illuc vagatur, sic Bar. in l. 1. n. 2. C. de Tiron. lib. 12. & Angel. in l. hæres absens, & ibi Curtius Iun. nu. 10. in ff. de iudic. Farinac. de inquisit. q. 7. nu. 15. vbi plures allegat Mascard. de probat. cōclu. 1397. vbi tenet, eum dici vagum, qui mansionem vllibi habeat, sed per mundum vagando transgrediatur, & ita respondet Rimin. d. in conf. 445. n. 35. vol. 3. & quem cōstitit semel esse vagabundum certum, ac probatum semper esse vagabundum præsumere debemus. l. in bello §. facta, ff. de cap. & postlim. reu.

Hinc sit, quod asserenti ipsum domicilium habere, nec amplius esse vagabundum incumbit onus probandi. Ita Rimin. d. in d. confil. 445. nu. 29. vol. 3. & Mascard. de probat. d. conclus. 1397. n. 3. & 4.

Qui quidem vagi adeo exosi, & infames sunt, vt neque in ciuilibus, neque in criminalibus pro idoneis testibus admittantur, vt tradit Decian. in conf. 83. n. 14. vol. 3. qui confirmat per ea, quæ tradit Bald. in l. mulier, la 2. C. de iure doti, Alex. confil. 89. in vltimis verbis, vol. 1. & Marfil. confil. 28. volum. 1.

Videndus quoque Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 6. casu 531. vbi inter alia decidit n. 3. vagabundum remitti debere ad Iudicem in cuius territorio commisit delictum; Quod verum esse intelligo si a Iudice loci delicti petatur remissionem fieri, quia tam in petente remissionem, quam in remittente militat qualitas tribuens iurisdictionem, scilicet in petente remissionem ratione commissi delicti in remittendo eo, quia vagabundus vbique conueniri potest tam ciuilibus, quam criminaliter, & ibi puniri, vt not. glos. & ibi communiter Doctores in lege prima C. vbi de crim. agi potest nedum de vrbantate, sed etiam de necessitate, vt tradit glos. in verbo de niue in Clem. fin. & ibi Zabarell. quæst. 9. de sentent. & re iudic. idem. Panorm. c. fin. n. 15. ex de foro compet. remissio enim vagabundi fit sine iniuria alicuius Iudicis, vt refert Farin. de inquisit. quæst. 7. nu. 14. vide etiam Tib. Decian. de remis. reor. ad suos Iudic. c. 19. n. 17. tom. 1.

RESOLVT. CCCLV.

- 1 Banniti dicuntur esse sine Ciuitate.
- 2 Banniti non dicuntur vagabundi.

Banniti an dicantur vagi ad effectum contrahendi matrimonium iuxta formam Concilij.

Magna profecto altercatio est inter Doctores, vtrū scilicet Banniti dicantur vagabundi, & disposita in vagabundis censeantur disposita in bannitis, & e contra, & quidem videtur affirmatiue ea ratione, quia Banniti videntur esse sine Ciuitate, & domicilio, per text. in l. 1. §. hi qui ff. deleg. 3. in l. quidam sunt, ff. de pœnis, & vtrouque glos. in verbo apolides, latè Nouari. qui multa reassumit forens. quæst. 93. tom. 2. Veritas tamen est, quo Banniti non dicantur, nec reputentur vagabundi nisi eo Banno essent Banniti, quod similes essent deportatis, vel quod statim post Bannum indictum per orbem otiose vagarent modo huc, & modo illuc pedes non figendo, nec domiciliū sibi aliquod eligendo, vt tradit Iul. Clar. §. fin. quæst. 29. n. 8. Cepolla conf. crim. 59. versic. sed dubium, Alber. in 4. par. itaru

q. 80. commun. opin. attestatur Suarez in suis opinionibus, communibus in lit. B. & Hippol. Bonac. in suis opinionibus, crimin. in verbo, vagabundus post medium versic. vnde.

RESOLVT. CCCLVI.

- 1 Verba generalia generaliter sunt intelligenda, etiam si finis in constitutione odiosa, num. 2.
- 3 Verba generalia restringuntur ad suas causas, & ad rationem, num. 4.
- Notorium probatione non indiget.

An dispositio Concilij sit seruanda circa matrimonium contrahendum per vagum in eo, qui licet sit incola, est tamen notus Parocho.

Posset responderi esse hanc seruandam solemnitatem Concilij, si quidem verba eiusdem Concilij sunt generalia, ergo generaliter intelligenda, l. 1. §. quod autem ff. de alector. l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de testam. milit. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. si seruitus, ff. de seruit. vrb. præd. l. regula, §. vltim. ff. de iur. & facti ign. l. fin. in fin. C. de dotis promiss. si finita §. de ceteris ff. de damn. infect. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstant. etiam si finis in constitutione odiosa pœnali, & correctoria, Rota Romana apud Farin. decis. 41. n. 9. & seq. tom. 1. par. 1.

Et verba generalia restringuntur ad suas causas, Paris. de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 17. num. 94. & habent vim specialis expressionis, Guttier. confil. 5. n. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 9. nu. 23. cum seq. & verba quantumuis generalia debent restringi ad rationem, & causam propter quam fuerunt prolata, & intelligenda sunt, l. hæres meus §. 1. ff. delegat. 1. Menoch. confil. 496. n. 52. Surdus confil. 43. n. 12. & verba vniuersalia omnia includunt, quia qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus ff. delegat. 3. Tufch. tom. 8. lit. V. conclus. 121. & verborum tenor semper est attendendus, Molin. rit. nupt. lib. 1. c. 20. n. 7.

Ceterum supradictis non obstantibus in casu nostro, quia debet sufficere esse notum, quia tunc ratio Concilij videtur cessare, notorium enim cum non indigeat probatione, gl. in clem. appellanti de appellat. Angel. in l. necessarius n. 5. ff. de acquir. hered. Mascard. de probat. conclus. 88. num. 50. nec subiacet regulis iuris, Paris. confil. 1. num. 37. vol. 1. Nouarius qui plura alia adducit in suo vtili tractat. de elect. & variat. forti quæst. 19. a num. 16. cum seq. sect. 1. in vltima impress. Neap.

RESOLVT. CCCLVII.

- 1 Domicilium certum habentes non sunt vagi.
- 2 Argumentum à cessante ratione valet.
- 3 Legis mens est potius attendenda, quam verba.
- 4 Ratio generalis legis restringitur ex mente legis.
- 5 Ratio naturalis quod negat, ratio naturalis non audet.

An dispositio Sacri. Concil. circa matrimonium per vagos contrahendum, locum habeat in personis habentibus certum domicilium, sed sunt ignoti in loco vbi contrahunt.

Videbatur primo minimè sibi locum vendicare ex quo habentes domicilium certum, non dicuntur vagi, & propterea cessat legis ratio l. adigere, quamuis ff. de iure patronat. cum similibus, & argumentum à cessante ratione valet, l. quod dictum est ff. de pact. Euerard. in Topic. legal. loco 85. Menoch. confil. 90. n. 71. & confil. 93. nu. 9. & confil. 95. num. 84. & confil. 96. nu. 10. & confil. 124. num. 76. de præsumpt. lib. 4. q. 190. num. 25. Surd. confil. 383. nu. 14. & est irrefragabile in iure

iure ex Seraph. de priuil. iuram. priuil. 21. nu. 2. & legis
verba cui non conueniunt non conuenit eius dispo-
sitio l. 4. §. toties, vbi Paul. ff. de damno infect. l. quod
constitutum, ff. de milit. testamen. l. mæuia, ff. de manu-
miss. testamen. l. ita autem in princip. & ibi Bart. de
administ. tutor. & vbi cessat ratio legis cessat omnis
disputatio, gl. vlt. in l. ancillæ, C. de fructus, Surdus con-
fil. 5. n. 3. Lucen. fecit. l. 2. num. 18. quos cum alijs ci-
tat Anton. varjar. de resol. lib. 1. resol. 46. num. 1.

3 Et legis mens magis est attendenda, quam verba, scire leges ff. de legibus, l. non aliter ff. delegat. 3. l. no- mine; & rei, §. verbum ex legibus ff. de verbor. signifi- catione. Surdus decif. 35. n. 14. Genuent. in praxi ecclief. quifit. 144. num. 3. lex enim & legis mens idem sunt, Surdus decif. 43. nu. 9. A verbis tamen legis non est recedendum d. l. non aliter ff. deleg. 3. c. vii. & ibi glof. de verbor. fignificac. nifi constaret voluntatem loquentis aliter voluisse; & lex non ad verborum formulam, & ritum, sed ad effectum solum attendere debet, Ferrer. in con- flit. Carbalon. glof. 4. num. 66. Ratio enim generalis le-

3 lit. Cathalon. gloi. 4. num. 66. Ratio enim generalis legis refringitur ex mente legis. Surdus decil. 9. nu. 13. Armendariz in proem. addit. ad recopil. legum. Narr. n. 13. i. & lex non est imposita verbis; sed rebus i. 2. in fin. C. commun. legat. l. final. C. de vsur. c. secundo requiris de appellat. Surdus de alim. tit. 9. quaest. 2. l. n. 20. Ferrer. in confit. Cathalon. gloi. 5. num. 160. Scacc. de appell. quaest. 17. limit. ro. n. 14. Tusch. tom. 5. lit. L. 5 conclus. 272. & quod ratio naturalis negat, ratio naturalis non audet l. 2. vlt. ff. de vsufruct. earum rerumque vtu consumuntur, & lex naturam semper imitatur l. adoptio 16. ff. de adoption. ff. minorem natu instituit. eodem, Nichard. ad rubr. instit. quibus modis testam. infirm. num. 1.

Ceterum contrarium venit dicendum, vt firmarūt
Egid. de matr. disp. 27. num. 20. vers. Nota 2. vbi in
vers. Nota 3. dicit Concilium in praesenti esse intelli-
gendum de ijs qui communiter dicuntur vaghi, non
autem de his qui domicilium transferunt, notique
sunt in ijs locis, de quo etiam Guttier. in tract. de ma-
trim. c. 65. num. 9.

RESOLV T. CCCLVIII.

1. *Actus corrumpit omiffa forma, etiam fi omittatur in mini-
mo, num. 2.*
3. *Fieri contra legem, vel formam legis parificantur.*
4. *Forma ad vnguem est feruanda.*
5. *Forma dat eſſe rei.*

An matrimonium contractum per vagum non adhibita
per Parochum forma tradita à Concil.
Trident. sit validum.

V Ideatur negative respondendum, si quidem actus
corruit omnia forma legis l. cum hi. §. si Prator;
fi. de transact. l. traditionibus C. de pact. regul. quæ cō-
tra de regul. iuris lib. 6. cap. cum dilecta rescripti. cap.
quia propter de elect. cap. 1. de rebus eccles. non alien-
mand. lib. 6. Euerard. in Topic. legal. loco 53. Rebuff. in
tract. de pacificis posses. num. 155. Surd. decisi. 268. n.
8. Pereira de potest. eligendi capit. 2. num. 13. Valac-
consult. 103. num. 3. & consult. 133. num. 4. Sessæ decisi.
30. num. 10. Ferrer. in constitut. Cathalon. gloss. 1. num.
350. Elcobar. de ratione cap. 1. num. 19. infinitos res-
fert Farin. in prax. crimin. par. 4. consil. 65. in addit. lit.
D. etiam si omittitur in minimo, Tiraq. de retract. cō-
uent. §. 4. gloss. 6. num. 31. procedit quando omittitur
forma essentialis, & necessaria, & paria sunt aliquo
fieri contra legem, vel non seruata forma legis, au-
thent. qui res cum ibi not. C. de sacrosanct. eccles. &
pœna dignus non est aliquo premio legali efficiendus
l. siue 23. ff. de negot. gest. l. conuenire ff. de pact. dotal.

c.ex parte de consuetud.c.vlt.c.verf. cum generaliter
de præscript.

4 Et forma ad vnguem est feruenda, & si deficiat in
minimo, actus corruit. cum hi §. Prator ff. de tran-
sacti. l. cum dubium C. de legibus, Tiraquell. tract. de
iudicio in rebus exiguis, verfic. hoc tamen intelligit
pag. mihj 5. l. Azeued. ad l. 18. num. 4. tit. 1. lib. 4. noua
recopill. Guttierrez. pract. lib. 3. quaestio. 15. num. 5.
cum seq. Rendina in promptuar. recept. sentent. con-
1. titul. 100. nu. 5. & 6. Flamin. de resignat. lib. 5. quaest.
6. num. 227. Gonzal. ad regul. 8. canel. gl. 4. num. 137.
Tufch. tom. 3. lit. F. conclus. 415. Pereire. de empt. c. 3.
num. 13. Farin. in prax. crimin. part. 4. consil. 76. n. 13.
Rota Romana apud eandem decif. 67. r. nu. 2. tom. 2.
part. 1. & forma dat esse rei. l. Dius ff. de integrum
restit. l. Iulianus 9. §. quis remiss. ad exhibend. cum alijs
4 apud Nouarium in tractat. de elect. & variat. fori q. 2.
num. 5. sect. 1. in vltima impress. taliter quod nec ad-
mittitur per aequipollens. Idem Nouarius forens. q.
92. num. 6. tom. 2.

RESOLVT. CCCLIX.

- 1 *Vagitas per orbem non præsimitur.*
- 2 *Vagitas est quid facti.*
- 3 *Delictum non præsimitur.*
- 4 *Habitare in loco in quo est natus quis præsimitur.*

Vagitas an in dubio præsumatur? vbi agitur de contrahendo matrimonio.

VAgatio per orbem non est præsumenda, quia quilibet præsumitur suum habere domicilium, prout & omne animal habet suam tanam, omnis monachus suam cellam, & quilibet Religio suum monasterium, quilibet Vniuersitas suum Syndicum, & Terra, & Ciuitas suum Baronem, vel Gubernatorem, vel Dominum.

2 Adeo, quod vagationem esse quid facti dicendum
est, & facti quæ sunt in dubio non præsumuntur, nisi
probentur. in bello §. facta, ff. de captiu. & postlim.
reuer. l. si emancipati, vbi Iaf. C. de collat. l. i. C. de
probat.

§ Tantò fortius, quia verbum (vagare) tendit in malam partem, & per consequens arguit delictum, quod in dubio non præsumitur, vt latè probat Mascard. de probat. concl. 495., vel faltem minus præsumitur l. prætor §. docere ff. de vi bona raptor.

7 Et cum quilibet habitare in loco in quo natus sit,
præsumatur, vagatio non est præsumenda, ita vt alleg-
gatus contrarium onus probandi incumbit. l. 2. & l. ve-
ritus ff. de probat. quasi quod cum sit contra regulam
iuris, dicens aduersus ipsam suam intentionem pro-
bare debeat, si quidem est certum, quod habens regu-
lam pro se releuatur ab onere probandi, & in alium
transfert probationem, vt probatur in l. illud C. de
sacrof. ecclesi. fin. C. de hæred. institut.

RESOLVT. CCCLX.

1. *Incola dicitur habere domicilium.*
2. *Incola quis dicatur*

An disposita in matrimonio contrahendo per vagos,
habeant locum in matrimonio contrahen-
do per incolas.

Respondi in facti contingentia minimè procedere in matrimonio contrahendo per incolas, si quidem incola dicitur habere certum domicilium, & consequenter celsat ratio prohibitionis cum incola dicatur is, qui in aliquam regionem domicilium suum constituit.

tulit, ita Gayl. li. 2. practicarum obseruationum obseruat. 35. num. 8. & obseruat. 36. num. 3. & patet ex l. pupillus, §. incola ff. de verborum significat. vbi dicitur incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, & in l. si patria C. de incol. lib. 10. vbi dicitur si in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium definisti incolatus iure vltro te eiusdem Ciuitatis muneribus obligasti, & ex l. domicilium ff. ad municipale, & notat ibi glos. verbo incolas, vt ait domicilium facit incolas, vt etiam dicitur in l. Cines, & in l. si in patria C. de incolis lib. 10. Afferunt Socinius in cap. licet ratione de foro competent. n. 8. Gayl. in obseruat. 35. n. 3. Nouarius in Praxi elect. & variat. fori quaestione, sect. 3. in antiqua impressione Neapolitana.

Et certum est, vt alias dixi, vagum non habere domicilium certum, vt per Nouarium, qui alia adducit in pragmatica Regni 1. de Vagabundis.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM Dignitatum.

RESOLVT. CCCLXI.

- 1 Papa creat nouam dignitatem Ecclesiasticam.
- 2 Episcopus, & Canonici creare possunt dignitatem solitam in Ecclesijs.
- 3 Nouus Canoniorum numerus constitui potest ab Episcopo.

Episcopus, & Canonici an possint creare nouam dignitatem in Capitulo.

1 Regulariter creare omnino nouam dignitatem Ecclesiasticam spectat solum ad Papam c. 1. 22. distin. Abb. & Dec. in c. cum accessissent de consue.

2 Tamen Episcopus, & Canonici possunt creare in sua Ecclesia dignitatem solitam in Ecclesijs, vt est Archidiaconatus, & Presbyteratus dummodo pro tali dignitate dos constituatur d. cap. cum accessisset, vbi Canonistæ, & in specie Abb. num. 4. Felyn. nu. 14. Dec. num. 9. Corneus consil. 193. num. 19.

Indè Nouarius forens. quaest. 24. nu. 4. tom. 1. affirmat licere Episcopo constituere nouum Canoniorum numerum, & ita etiam dicit de dignitatibus nouis c. in Ecclesia de constitut. c. quoniam de vita, & honest. Clericorum, Selua de benefic. quaest. 23. num. 16. par. 2. Episcopus Minorum, in Praxi Episcopalis, in verbo Episcopus vers. decimo septimo.

Declarat autem Maur. allegat. 59. lib. 1. quod si in eadem Ecclesia non adsit certus, & determinatus numerus Canoniorum, tunc quamuis Superior possit novos creare Canonicos, ex qua noua creatione inducitur nouum ius Canonice, id tamen intelligitur, vt dictus Superior paucos, & moderatos Canonicos creare possit absque præbendis, sed multitudinem nouorum Canoniorum creare prohiberetur, & hoc circa numerum Canoniorum de nouo creandorum remittitur arbitrio Episcopi, vt punctualiter docuit Abb. in c. dilectus col. 3. vers. in eadem glos. ibi, sed nunquid in titul. de præbendis, & idem Abb. in c. vacante in vers. circa materiam eodem titulo.

RESOLVT. CCCLXII.

- 1 Taciti, & expressi eadem est virtus.
- 2 Tacitum resultans ex expresso, cessat cessante expresso.
- 3 Consensus expressus Episcopi requiritur in erectione novarum dignitatum.

In erectione novarum Dignitatum an sufficiat tacitus Episcopi consensus.

Certum est, quod in erectione novarum dignitatum requiritur assensus Episcopi, loci Ordinarij, vt supra dictum est, sed num talis consensus sufficiat, quod sit tacitus hic inquirendum est.

1 Et quidem videtur pro affirmatiua parte respondendum ex illa vulgata regula, quod taciti, & expressi eadem est virtus, idemque iudicium l. cum quid vbi Doctor. ff. si cert. petat. l. fin. ff. deleg. 2. inò tacitum operatur plusquam expressum in multis casibus, vt per Cardin. Tulch. conclus. 11. lit. T. affirmans conclus. 12. quod tacitum resultans ex expresso cessat cessante expresso per text. in l. 3. §. fin. ff. de seruic. rusticor. prædior.

3 Sed his non obstantibus totum contrarium est verius, quia consensus Episcopi in hac materia debet esse expressus nec sufficit tacitus, vt post Abbat. in cap. cura in fine extra de iure patron. affirmant Ferret. consil. 343. num. 3. & consil. 345. num. 5. quos sequitur Sbroz. in tract. de officio, & potest. Vicarij quaest. 31. num. 8. lib. 2.

RESOLVT. CCCLXIII.

- 1 Identitas eadem est Vicarij, & Episcopi.
- 2 Autoritas Vicarij Episcopalis non sufficit in erectione novarum dignitatum.
- 3 Vicarius Episcopi non potest creare nouum beneficium in Ecclesia.

In erectione novarum dignitatum Num sufficiat authoritas Vicarij Episcopalis, maxime si Episcopus sit absens.

1 Ex consil. Portij 99. num. 43. deducitur sufficere authoritatem Vicarij Episcopalis, quem dicit ipse posse interponere suam authoritatem in creatione dignitatis ratione identitatis quam habet cum Episcopo, cum quo facit idem consistorium, illique associatur in iurisdictione, Nouar. forens. q. 93. n. 3. tom. 1.

2 Ceterum totum contrarium videtur verius, quando habet speciale mandatum ad id agendum, nam regulariter Vicarius Episcopalis absque speciali mandato non potest interponere suam auctoritatem in creatione dignitatis, vt probat Dominicus post Ioan. de Deo in c. fin. de offic. Vicar. in 6. Federic. de Sen. consil. 164. Lap. alleg. fin. Calder. consil. 3. de offic. Vicar. Ferret. consil. 324. n. 4. & plenius consil. 343. refert, & sequitur Sbroz. de officij Vicarij lib. 2. quaest. 31. nu. 4. vbi n. 6. ampliat etiam si Episcopus esset absens a Ciuitate, vel Diocesi, vt respondisse contra Vicarium Vicentium fatetur Ferret. d. consil. 327. num. 6. ea ratione, quia absentia Episcopi non amplificat facultatem Vicarij, nisi in casibus a iure expressis, Franc. in c. 2. col. 3. de offic. Vicar. in 6.

Quod dicit verum Sbroz. loco citato nu. 9. etiam si Vicarius habere mandatum cum expressione aliquorum specialium, secuta clausula generali allegat Ferret. pluries cit. consil. 327. num. 7.

3 Et facit pro corroboracione, quia Vicarius Episcopi nequit creare nouum beneficium in Ecclesia, sicut nec conferre sine speciali mandato, vt probat Ioan. Andr. in c. fin. de offic. Vicar. in 6. vbi etiam Franc. colum. 2. quaest. 2.

PRAXIS INSIGNIA CANONICALIA.

RESOLVT. CCCLXIV.

- 1 Insignia dantur Canonici ob dignitatem.
- 2 Signum